

l 2. Par. 17. 12. 14. & sequa.

m 3. Reg. 10. 17. 3. Reg. 14. 28.

o Ibid. 26. 27. 28.

p Vide eund. lib. 8. Cyropad. pag. 213. &c.

tum viros praefecerat (l). Salomonem domo prodeuntem 300. militum pompa comitabatur, a quibus, dum Rex ad Templum iret, 300. aurei clypei, & 200. iidem aurea hasta ex armamentario Regio desumpta, cum eundem esset, ibidemque deposita cum redissent (m), deferabantur (n). Eundem & in numero militum, & clypeorum apparatus Roboamus servavit; quamquam post direptos a Sefac clypeos aureos Salomonis, ille aureorum defectum aeneis supplevit (o). Tandem in Cant. 3. 8. mentio occurrit de 60. Fortibus gladio accinctis, lectum sive thorum Salomonis custodientibus. Quid deinde in militibus Aule custodibus apud Reges Judaeos servaretur, insinuare potest Xenophon Cyropad. lib. 7. milites custodes Aulae Persarum juxta Cyri Magni dispositiones describens. Praeter Eunuchos ostiarios, & milites interiorum conclavium custodes, de quibus jam supra, manus erat 10000. Persarum, lanceis, sive jaculis instructa, quae diurnas nocturnaque excubias circa Palatium agebat, lateri Regis cum prodiret aequitans. Illis e Regio Arario suppeditabantur vestes, quantum fieri poterat magnificentissima (p). Cum Rex in publicum procederet hinc inde viarum latera longus equitum peditumque ordo fulciebat, sed equites descensus equis stabant, manusque habebant extra manicas, pro certo in ea regione more. Accedebat praeterea lictorum manus, flagellis instructa, qui plus nimio ad pompam accedentes, ordinemque turbantes, ichu flagrorum in ordinem cogebant. Quo autem passu Regis currus procederet, eo etiam ad latera 4000 milites custodes sequebantur. Succedebat his 300. aliorum militum turma bacillis instructa, quos excipiebant 2000. hastati, totumque deinde agmen claudebant quatuor Persarum equitum cohortes, singulae 10000. Persis equitibus constantes praeter alias etiam cohortes externarum gentium, tam pedestres, quam equestris.

Secessisse Salomonem singulis diebus in amoenam quandam domum fontibus, lucisque ornatam, & in pomario extra Jerusalem sitam, Josephus Antiq. lib. 8. cap. 2. est author. Procedentem autem comitabatur manus 20000. equitum non insignibus tantum magnique pretii equis spectanda; sed etiam multo elegantior scitara corporis habitudine atque flore juventes, qua singuli seffores praestabant. Quid vestes? singuli Tyria purpura nitebant, comam promissa luxuriabantur cui fulgorem addebat inspersus aureus pulvis, radios solis longe lateque reverberans. Armorum loco gestabant spicula, ea specie quasi ad jaculandum semper instructi.

Hicce militibus Regem comitantibus, nomen plerumque Praeforum tribuitur, quod illis ex agilitate inditum credo, vel forte quod ad nutum Regis eius iussiones deferrent, quemadmodum etiam nostra etate de Haiducis Principum Germaniae ferunt. Samuel jus Regis exponens Israelitis, cogendos ab eo filios illorum desuanciat, ut sibi

q 1. Reg. 8. 2. Praeforum obsequium praestarent, (q).

Eodem nomine appellatos milites custodes Saulis scimus (r); eodem milites Abalonem (s), & Adoniam (t), tamquam post Patris obitum Reges futuros, honoris gratia comitantes. Roboamus consilii aeneos clypeos iussu pro Ducibus praeforum suorum, caeterisque Aulae excubias agentibus (u). Tandem conclavia militum custodum conclavia praeforum (x) appellantur. Praefores illi sub Ezechia per singulas Urbes discurrebant Regis edicta, quibus singuli ad Festam Paschae, & ad Templum Domini invitarentur, deferentes (y).

Nunc tandem ad Praefectos militares Hebraeorum accedamus. *Principes militiae*, quem nos Imperatorem appellavimus, secundus a Rege copiis praerat. Munus illud sub Saule gessit Abner (z); sub Davide Joab (a); sub Salomone Banaias (b). Eodem nomine solent Hebraei designare Duces externarum copiarum; ita de Sisara Principe copiarum Jabin legitur 1. Reg. 12. 9. & Sobac Principe exercitus Adarezer Regis Syriae 2. Reg. 10. 16. Legitur etiam nomen Naaman Ducis copiarum Damascenarum (c); Nabuzardani militum Nabuchodonosoris Magni (d), & Holophernis copiarum alterius Nabuchodonosoris (e). Omnes Regni copiae in expeditionem procedentes, Praefectis hinc praerant; militibus enim Principis custodibus suos fuisse peculiare Duces, ex iis, quae de Regno Davidis & Salomonis legitur, satis insinuat. Illis enim rerum potentibus aderant 12. Duces copiarum, singuli 24000. militum manum sub signis habentes, ut pro suo quique mense ministraret; sui etiam Duces erant militibus Ce-rethi, & Pelethi, alii plane a Joab & Banaia (f), copiarum sub Davide, & Salomone Imperatoribus.

Principes vestigalium suae singuli Provinciae ordines ducebant. Appellantur interdum Principes Patrum, sive familiarum, vel Principes Israel (g). Non inviti credimus subjectas illis tamquam peculiaribus Ducibus singulas Tribus, quas per secundarios ministros agebant; norant enim illi singulorum meritum, & virtutem; nec aliter melius castorum disciplina constare potuisset; cum Duces Supremi singulorum militum, quos nunquam in obsequiis habuissent, nosse meritum, nisi ab iis Ducibus instruerentur, possent. Hos facile Duces & Tribunos insinuat 1. Par. 25. 1. cum in exercitu David memorantur *Magistratus exercitus*, [juxta versionem S. Hieronymi] quorum Magistratum ope Rex ordines Ministrorum in obsequium Templi direxit. Porro Principes isti Tribuum in bello Duces, in pace vero Praefectos & Magistratus Principis tam in rebus facris, quam politicis gerebant.

Chilarcha seu mille militum Praefecti, vel Tribuni, Centuriones, Praefectique 50. virorum, Schalischim sive Tertiani, ac tandem Decuriones, munera erant Supremo Duce inferiora. Totus exercitus in Tribus distinguebatur; viri enim singularum Tribuum cum militarem atatem

r 1. Reg. 22. 17. Vulg. Emisfarii.

s 2. Reg. 15. 1. t 3. Reg. 1. 5. u 3. Reg. 14. 27.

x Ibid. ver. 28.

y 2. Par. 30. 10.

z 1. Reg. 17. 55.

a 2. Reg. 8. 16.

b 1. Par. 11. 6.

c 3. Reg. 4. 4.

d 4. Reg. 2. 32.

e Ibid. 2. 11.

f 1. Par. 27.

g 1. Par. 28. 1.

h 4. Reg. 1. 9. 10.

i Ibid. 2. 11.

k Vide Com. ment. in Judic. 5. 14. pag. 75. 76.

l Vide Judic. 5. 14. in Hebr. & in Graec.

m Ibid. 2. 11.

n Ibid. 2. 11.

o Ibid. 2. 11.

p Ibid. 2. 11.

q Ibid. 2. 11.

r Ibid. 2. 11.

s Ibid. 2. 11.

t Ibid. 2. 11.

u Ibid. 2. 11.

x Ibid. 2. 11.

y Ibid. 2. 11.

z Ibid. 2. 11.

a Ibid. 2. 11.

b Ibid. 2. 11.

c Ibid. 2. 11.

d Ibid. 2. 11.

e Ibid. 2. 11.

f Ibid. 2. 11.

g Ibid. 2. 11.

h Ibid. 2. 11.

i Ibid. 2. 11.

j Ibid. 2. 11.

k Ibid. 2. 11.

l Ibid. 2. 11.

h 4. Reg. 1. 9. 10.

i Supra cum de Scribis Regis ageretur, & ad Judic. 5. 14.

k Vide Com. ment. in Judic. 5. 14. pag. 75. 76.

l Vide Judic. 5. 14. in Hebr. & in Graec.

m Ibid. 2. 11.

attigissent, bello adscripti arma ferre cogebantur. Tribus variis cohortibus ex 1000. militibus constabant, familiarum & Urbium, quantum fieri poterat, distinctione servata; cohortes Tribuno ex eadem Urbe seu familia lecto parebant, cui secundi erant Praefecti, de quibus jam supra. Unaquaeque vero militum manus plerumque 50. non excedebat. Hujus rei documentum exhibent Duces illi, qui assumpta 50. militum manu semel & iterum ad Eliam venerunt (b), ut virum ad Regem Ochoziam deducerent. De Schalischim sive Tertianis satis egimus ad Exod. 14. 7. quorum munus licet bellicum fuisse apud Hebraeos & Aegyptios constat, quid potissimum fuerit, nupiam apparet. Horum omnium Ducum nomina legitur Exod. 19. 25. & Deut. 1. 15. quae post longam temporum successione adhuc mansisse ex 1. Macc. 3. 55. intelligimus.

Apud Persas praeter Imperatores noti sunt Duces 10000. Duces 1000. Centuriones, & Decuriones. Porro Centuriones suos & Decuriones Dux quisque decem millium legebat, referente Herodoto l. 7. cap. 81.

Fuse jam actum de Scribis exercitus (i), qui copiarum, & Praefectorum Regis censum servabant; addit etiam aliud eorum munus Scriptura 2. Par. 8. 10. & 26. 11. *Qui probabant tyrones de populo terrae*; quod ego dictum crediderim, non quasi per imitamenta belli recens adlectos milites instruerent; sed quasi in singulis Tribubus & Urbibus Israel, quos maxime ad bellum cogere, quos vero sacramento solverent, judicarent; positum enim erat in moribus ejus aetatis, ut ad militiam etiam invitos cogere. Sive igitur Princeps universis subjectis sibi populis bellum imperaret, sive parti tantum, semper milites legere ad Scribas pro sua singulis forte pertinebat. Quare munus Scribarum maximi erat momenti. Horum Praefectorum nomina sub Regibus Juda & Israel merentium pleraque leguntur in Sacra Scriptura (k). Nec ignotum erat munus in Aula veterum Persarum, apud quos honoris insigne baculus, sive sceptrum a Scribis gestabatur (\*).

Cum Rex ipse per se bellum gereret, pedester olim veluti quidam e vulgo miles procedebat, cui ad latera aderant Armigeri Regia arma deferentes. David victoriae de Goliath relata merito, Armigeri munus apud Saulem gessit (l). Suus etiam Armiger Abimelecho filio Gedeo-

nis (m), Jonathae (n), Joabo [\*], & apud Philistaeos Gollath (o). Meminit etiam Scriptura decem Armigerorum Joab (p). Sed postquam Reges consensu curru in bella procedere mos obtinuit, nulla deinceps Armigerorum mentio: unus tantum currus vacuus praefectis euntibus aderat, quem si quid finitri accideret, statim conscenderent.

Soterim Praefecti erant, quorum nomina, & munus, dum Hebraei in Aegypto versarentur, nota erant (q). Servavit & Moyses in deserto; ut illi super commissas sibi turmas auctoritatem, potestatemque suam exercerent. Fufius ea de re egimus Deut. 1. 15. & Josue 1. 10. Judicis etiam interdum munere fungebantur, interdum Caduceatoris, Praecons, & Licentis. Sui erant Soterim in Templo (r), & in Aula (\*); quorum postremi sub ordinum Ducibus, & Centurionibus merebant. Ita servatum intelligimus in manu 24000. virorum, singulis mensibus Salomoni ministrantium. Plerumque adjunctos legitur Scribis vel Soterim. 2. Par. 26. 11. *copiae Oziae Regis Juda erant sub manu Jebiel Scribae, & Maasae Doctoris* (Hebr. Soter, quod idem est ac Soterim) sub manu Hananiae, qui erat de Ducibus Regis. Ex quo conjectura facilis ducitur, Soterim viros fuisse amplissimos, quorum dignitas non isdem prorsus limitibus terminaretur. Idem etiam insinuat Salomon Prov. 6. 7. ubi de formica ait: *Cum non habeat Ducem, nec praefectorem* (Soterim) *nec Principem, parat in astate cibum sibi &c.*

Non invitus crediderim milites Cyri, quos Xenophon (s) flagellis, bacillis, vel hastis instructos inducit, ipsos fuisse Soterim. Memorant etiam Itineraria inter Praefectos Aulae Persarum Schateres, sive Chateres (t). Tandem Praecons Principum in obsidione Trojae versantium ipsos referebant Soterim Scripturae, quo nomine facile designantur Praefecti, qui Principibus semper praesto adsunt, ut ad nutum pareant. His porro, tamquam Ministris Superiorum hominumque, honorem caeteri deferabant (u), & illos tangere, seu violare omnibus nefas. Illis disponendarum in praesentium copiarum, illis iussionum Principum, sive Ducum referendarum munus commissum (x). Ministrabant, cum solemnia Sacrificia offerrentur, victimas prope Altare adducebant, vina in libationibus miscabant, & aquam, cum Reges lavarent, affundebant.

m Judic. 9. 54. n 1. Reg. 14. 21.

\* 2. Reg. 23. 37. & 1. Par. 10. 4.

o 1. Reg. 17. 7. p 2. Reg. 18. 15.

q Exod. 5. 6. 10.

r 1. Par. 23. 4. & 26. 19.

\* 1. Par. 27. 1.

s Xenophon lib. 7. Cyropad. pag. 314. & pag. 315.

t Tavernier Tom. 1. cap. 5. pag. 356. & lib. 4.

u Vide Iliad. 4.

x Iliad. Pj.